

P R A E F A T I O

Non autem multo post, incertum est, anno quo (nullum enim anni locique indicium inest) in eadem vrbe eademque ex officina venit noua editio, cum eiusdem *Philippi* eadem praefatione. Qua re decepti sunt viri docti, qui non ipsos libros inspexere diligenter, vt idem ille *Fabri-
cius*, qui *Castalionis* editionem anno 1540 adsignat, scili-
cet e praefatione *Philippi*, quae est e prioris editionis ex-
emplo in hoc repetita. Sed ei editioni praefuisse *Seb. Ca-
stalionem*, certum est, sub eiusque nomine commemoran-
tur nouae istius exempli lectiones. Et illum pro basi ha-
buisse superiorem illam Basileensem, eamque partim ex
Aldina, partim vel ex scripto libro, vel ex ingenio corre-
xisse, reperi. Vidimus etiam exempla, quae Halas Sue-
vicas praeferebant cum *Melanthonis* illa praefatione: vn-
de intelligitur, eam e Basileensi vel prima vel secunda fa-
ctam: nam conferendi opportunitas data non est, nec fu-
set operae pretium in conferendo. In eadem post vrbe
bis Xenophontis opera cum versione latina apud *Brylin-
gerum* prodierunt: de quorum exemplorum vitiis v. H.
Stephanus in Epist. de statu typographiae suae p. 58. In
lectionum quidem iudicio haec exempla momentum nul-
lum faciunt.

Adiunxit deinde se ad Xenophontem castigandum
Leonclavius, a *Philippi* disciplina profectus, et in ea for-
tasse Xenophontiorum librorum amore imbutus. Is pri-
ma sui modi exempla fieri curauit Basileae a. 1569, quae
deinde bis repetita sunt in eadem ipsa Basilea, sine muta-
tione inenorabili. Atque etiam alia huius formulae ex-
empla facta sunt apud Wechelos a. 1596, f. et Parisiis a.
1625, f. Sed praeter cetera laudat exemplum a. 1569 *Io.
Grammius* p. 159 *Hist. Deorum e Xenophonte*, vt aliis
omnibus emendatius et a vitiis typographicis purius. Sed
tamen in ultima Leonclaviani exempli editione a 1596, cui
Sylburgius praefatus est, accessere multa, propter quae
primae illi sit praferenda longe. Nam, vt textum ipsum
mittamus, accessit Appendix, in qua, praeter alia, est
index